

- universa hæreditatis substantia hæredes inscripti censerentur, si non ex quo usufructus per jus accrescendi ad se proprietatem trahat, cum hoc secundum Bald. cons. 273. & 274. lib. 4. quem sequuta est Rota coram Merlin. dec. 505. nu. 18. & 19. & dec. 599. num. 11. p. 19. rec. nullibi in Jure cautum reperitur; saltem ex quo, ne Paulus pro parte testatus, & pro parte intestatus deceffisse videatur, ex benigna quadam interpretatione Juris detrahitur mentio fructuum, sive usufructus, & hæredes in eo scripti non per Jus accrescendi, sed Jure institutionis universam capiunt hæreditatem, sicuti ad rem nostram explicat Rosa consult. 34. n. 26. & seqq. ultra alios ductos in Decisione, quæ revidetur §. Etenim.
- Firmum itaque ex his manet in Causa, quod Paulus nedum honorabili institutionis Jure, sed etiam in certa hæreditatis quota utrumque filium instituit, ut proinde sufficienter in hac parte impleta videatur dispositio Legis in §. Nos igitur Auth. de Testam. imperf. & in authent. quod sine C. de Testam. Hoc autem posito nil penitus urgebat, quod d. quota liberis relicta fuerit decennio post obitum Uxoris, eorum vita durante, & cum onere fideicommissi; Eo namque Jure, quo hodie utimur, rejicitur quidem pro rata legitimæ quodcumque onus, dilatio, vel conditio, sed paternum Testamentum hoc solum nomine non irritatur, ut latius responsum fuit in d. præcedenti Decisione §. Nihil obstante, ad quam DD. in reliquis relativè se habuerunt.
- Et ita utraque Parte audita, & omnibus Dominis suffragium ferentibus responsum fuit &c.

R. P. D. CERRO.

Eadem.

Lunæ 24. Januarii 1724.

Agitur de eadem materia, & præterea de testamento factò calore iracundiæ.

SUMMARIUM.

- 1 Testamentum Patris inter liberos sine solemnitatibus valet, modo perfectam voluntatis demonstrationem contineat. & n. 4. & 5. ubi rationes.
- 2 Successionem in bonis paternis ad filios deferri jura omnia suadent.
- 3 Pater filium sine causa exheredare non potest.
- 6 Testamentum imperfectum à Patre inter liberos factum sine filiorum institutione non valet de jure novissimo.
- 7 Quidquid secus esset de jure antiquo, quod est correctum juxta unam sententiam.
- 8 Contra tamen alii tenent, & nu. 9.
- 10 Alii distinguunt ut ibi.
- 11 Verbum Vadino bonis directum præ se fert institutionem.
- 12 Hæredis institutio in una parte testamenti ommissa suppletur ex aliis partibus.
- 13 Institutus quis ex modo censetur, quo gravatur restituere alteri.
- 14 Institutionem filiorum non expressam sat est ex verbis æquipollentibus apparere.
- 15 Hæredis institutio expressam testatoris volun-

tatem non requirit.

- 16 Pater tenetur filios instituere in quota hæreditaria.
- 17 Fructus percipiendi ex hæreditate in bonis testatoris non sunt.
- 18 Et non reputantur de patrimonio paterno.
- 19 Fructus à testatore vice usufructus nominati censentur.
- 20 Filii instituti in fructibus seu usufructu non dato cohæredere sunt hæredes universales.
- 21 Legitima filiorum rejicit dilationem.
- 22 Item onus.
- 23 Testamentum patris non corrumpitur propter hujusmodi onus.
- 24 Testamentum patris inter filios respectu extranei tantum, puta uxoris, non observandum.
- 25 Item respectu executorum extraneorum.
- 26 Nepotes & ceteri descendentes, cum pro extraneis non habeantur, gaudent hujus privilegiati testamenti beneficio.
- 27 Testamentum paternum in calore iræ factum est irritum.
- 28 Item si continet inæqualitatem inter filios vid. nu. 31.
- 29 Testamentum non irritatur ex quo factum sit calore iræ, si testator diu supervixit.
- 30 Testamentum paternum non dicitur calore iræ conditum, ex quo pater in filium ad correctionem animadvertit.
- 31 Testamentum imperfectum patris inter liberos per inæqualitatem non vitatur.
- 32 Præcipue si inæqualitati nullus dolus causam dedit.
- 33 Lex plurimum confidit in consilio patris erga filios.
- 34 Uxori pauperi debetur quarta in bonis defuncti viri.

DECISIO XIV.

Paternum Pauli Morelli Judicium in distribuenda inter Dominicum, ac Thomam liberos suos hæreditate, à particulari Congregatione primum, deinde bis ab hoc Sacro Auditorio, suffragantibus omnibus approbatum, denuò in hac tertia Causæ propositione, omnibus item suffragium ferentibus, coram Me subrogato in locum Rm̃i Decani agnoverunt Domini, nullo modo discrepare à præscripto Legum, quæ de Testamentis Parentum inter liberos editæ sunt, dederruntque idcirco responsum, persistendum esse in decisio.

Verba siquidem Testatoris, tamen solemnitatibus Juris Civiles destituta, apertam nihilominus voluntatem, & perfectam oratione patefactam, non per obscura indicia præ se ferunt; eum Testamentum appareat ab ipso Paulo scriptum, atque subscriptum proprio caractere, apposita insuper designatione diei, nempe 10. Augusti, & anni, videlicet 1713, & in extrema parte ejusdem Testamenti habeantur verba illa -- e questo è la mia ultima volontà, in fede &c. Jo. Paolo Morelli mano propria -- ac demum constat Testamentum istud summa cura fuisse custoditum ab eodem Paulo, ut latius animadvertit prior decisio §. Ommissa coram Rm̃o D. meo Decano: Ideoque impletum videtur ad amissum, quod lex requirit in Testamentis Parentum inter liberos, ut nimirum ea valeant, licet imperfecta quoad solemnitates, si modò perfecta sint quoad demonstrationem voluntatis l. hac consultissima §. Ex imperfecto, ibique DD. com-

Communiter C. de Testam. Bart. in l. qui Testamentum 25. num. 4. ff. qui testam. facer. poss. Faber in suo Codice tit. de testam. defm. 25. ibi -- Postquam placuit in hujusmodi testamentis Parentum inter liberos nullas requiri solemnitates, si modò constet de voluntate, cui parere pios liberos omni modo necesse sit -- Menoch. lib. 4. præsumpt. 7. n. 5. vers. constitutionem, Vinnius in §. Sed his omnibus n. 2. instit. de testam. Rot. cor. Merlin. dec. 806. nu. 1. & cor. Priolo dec. 433. nu. 9. & cum aliis d. prior decisio, quæ revidetur §. Ommissa coram Rm̃o D. meo Decano.

Cujus sanè dispositionis juris ea videtur in promptu esse ratio, quia lex illud solum quam maximè curat, ut paternorum bonorum successio filiis deferatur: idque est & juris & naturæ simul commune votum, l. in suis 11. l. inter cetera 30. ff. de liber. & posthum. l. scripto 7. §. 1. ff. unde liberi, l. & quia ff. pro socio, Wesembec. comment. in Pandect. tit. de liber. & posthum. num. 3. Mart. de success. legal. par. 1. q. 44. in princip. Manic. de conjectur. tit. 11. num. 41. Ex quo fonte etiam illud emanat legis præscriptum, ut si Pater filium præterat, Testamentum non valeat, sed Patri necesse sit, filium aut hæredem instituere, aut exheredare, non quidem pro arbitrio suo, sed ob aliquam ex eis legitimis causis, quæ probantur, & præscribuntur in §. Aliud quoque Auth. ut cum de appell. cognosc. & ad rem observat Wesembec. comment. in Pandect. tit. de lib. & posthum. nu. 4. Quoties autem Testamentum fit à Patre inter liberos, ut in nostra specie, quemadmodum Pater implet, quod ex unico optat, ne ille contra humanitatis officium sibi alium hæredem, quam filium, esse velit; sic lex, dum finem hunc assequatur, non curat, quibusnam solemnitatibus Parentes suam favore liberorum patefaciant voluntatem; satisque habet, si sola juris gentium solemnitas, nempe nuda, ac naturalis probatio voluntatis interveniat, ut ex Text. in d. l. hac consultissima §. Ex imperfecto C. de testam. tradit optimè Mart. de success. legal. par. 4. q. 7. art. 1. nu. 2. in fin. Card. de Luc. de testam. disc. 14. num. 5. & seqq. & disc. 15. num. 2. Rocc. disp. jur. select. cap. 35. num. 45. Quippe sublatis Juris Civiles solemnitatibus fit reditus ad primam illam simplicem testandi facultatem à Jure gentium hominibus attributam, ut docent Bart. in l. Interdum ff. de dict. indeb. Vigl. in §. Sed prædicta num. 4. & seqq. Instit. de testam. ordinand. Cujac. ad l. 1. & 3. ff. qui testam. fac. poss. cap. 1. vers. hinc tractatur questio, Theophil. in §. Jus autem civile Instit. de Jur. natural. gent. & civil. Harprecht. in §. Testamentum ex eo n. 62. vers. contrarium Instit. de testam. ordinand. Vinnius in d. §. Instit. de Testam. n. 3. Connan. lib. 9. comment. Jur. civil. cap. 1. nu. 3. Covarruv. lib. 3. var. resol. cap. 6. num. 7. Clar. lib. 3. sententiar. §. Testamentum q. 2. Mart. de success. legal. par. 4. q. 1. ar. 1. n. 7. & seqq. Rocc. disput. jur. select. cap. 35. nu. 45.

Hæc cum certissimi Juris sint, opponere tamen Defensores, Thomæ non esse in hoc Testamento appositum titulum institutionis, ideoque illud nullo modo valere posse, eo quia requiratur ex jure novissimo in §. Nos igitur Auth. de testam. imperf. ut Pater liberis suis hæreditatem relinquat titulo institutionis etiam in imperfecto quoad alias solemnitates extrinsecas Testamentum, ea ratione, quod per istud novissimum revocatum sit Jus antea sancitum in l. 16. l. 21. l. ultim. Cod. fam. ercisc. in quibus admittebatur, valere ulti-

mam Patris voluntatem inter liberos, etiam absque titulo institutionis bona ipsis reliquisset, atque ita tradunt Glos. in §. Aliud quoque Capitulum Auth. ut cum de appell. cogn. Castren. in Auth. novissima C. de inoff. testam. Gulielm. de Benedict. in cap. Raynuitius vers. Testamentum n. 89. de testam. Gotofred. in novell. 18. Auth. de trient. & semiss. Peregrin. de fideicom. art. 36. nu. 35. Clar. in §. Testamentum quest. 38. nu. 1. & 2. Rub. de Testam. cap. 52. n. 117. & seqq. & ad hanc opinionem assertur etiam decis. 342. nu. 13. par. 13. & dec. 326. n. 6. par. 19. rec.

Verum objectum istud facile tolli semper visum est Dominis: Nam præterquamquod in hac questione non desunt gravissimi Doctores, quorum alii prorsus negant dictas leges fuisse à jure novissimo abrogatas, sed in eo tantum correctas, quia decernebant valere Testamentum Patris inter liberos, etiam minus perfecte probata esset illius voluntas, ut expresse, & eleganter explicat Donell. comment. in Auth. Quod sine C. de Testam. ibi -- Eam igitur incertitudinem Justinianus improbat, ac proinde ad eam incertitudinem solum suam constitutionem retulit, argument. leg. Titius §. 1. ff. de verbor. obligat. proinde extra hanc incertitudinem valere voluit Justinianus quidquid prioribus legibus constitutum est: Necesse est enim manere quod mutatum non est. l. Præcipimus in fin. infr. de appellat. -- idque firmant ceteri omnes, qui uno ore tradunt non requiri hujusmodi titulum institutionis in privilegiato Parentum inter liberos testamento etiam ex jure novissimo, nisi Pater se velle condere solemne Testamentum profiteatur: Notabilis glos. in Auth. novissima verb. titulo Cod. de inoff. testam. Azo in summa Cod. eod. tit. n. 23. Zoes. in Pandect. tit. qui testamen. fac. poss. n. 62. Geminian. in cap. si Pater post gloss. in verb. instituit de testamen. in 6. Cyn. in d. Auth. quod sine sub n. 2. & ibidem Bart. nu. 1. Cujac. consult. 1. tom. 1. oper. prior. fol. 651. Alex. cons. 168. n. 6. lib. 5. Ruin. cons. 37. n. 6. lib. 1. Papon. arrestor. 20. tit. 1. cap. 7. Boer. decis. Burdegall. 267. sub nu. 1. Christin. dec. Belgic. 8. n. 2. & 3. lib. 4. Rot. in Firmana Testamento 6. Maii 1707. §. 7. cor. Eminentiss. Scotti.

Alii verò ita distinguunt: At Pater in suo Testamento alterum ex filiis instituit, alterum præterit; & sentiunt Testamentum illud non valere: aut Pater neutrum filium titulo institutionis reliquit hæredem, sed sub eadem verborum structura eodemque loquendi modo iis hæreditaria sua bona distribuit; & tunc sentiunt, Testamentum firmum, ratumque esse, quam distinctionem sequuntur ex dicto Text. in l. fin. C. fam. ercisc. Vasquez de success. creat. lib. 3. §. 21. limit. 7. n. 69. Tulden. in Cod. de Testam. n. 4. Barry de success. lib. 1. tit. 3. num. 4. Undè cum in facti specie, in qua versamur, habeatur perfecte demonstrata Testatoris voluntas, neque professus ille fuerit, velle condere solemniter Testamentum, nec alterum ex liberis instituerit, alterum præterierit, Testamentum, de quo agitur, prorsus validum ex recensitis theoreticis videri potest.

Omissis tamen his omnibus, satis certè ex ipso Pauli Testamento deprehendi existimantur Domini, factam fuisse filiorum institutionem, ut optimè in aliis etiam hujus causæ Decisionibus demonstratum est: Etenim d. Paulus loquens de portionibus, quas Thomæ, ac Dominicæ filiis assignabat, directo verbo usus est -- vadino -- quod verbum explicitam filiorum institutionem præ se fert, Bald. in rubr. Cod. de impub. & aliis

substit. n. 2. Bero conf. 127. n. 10. lib. 2. Simon de Pret. de ult. volunt. lib. 3. dub. 1. solut. 2. interpret. 2. num. 9. Barry de testam. lib. 3. tit. 1. num. 4. Tremacing. de substit. par. 4. cap. 4. n. 9. Gratian. discept. foren. cap. 542. à n. 23. Odd. de compend. par. 4. in verb. vadat, Rot. coram Buratt. dec. 84. num. 4. Idque extra omnem aleam dubitationis ponitur ex eo, quod Testator eosdem filios suos hæredum nomine appellavit, idque pluries repetit: ibi -- *Lascio il mio corpo da sepellire dove piacerà agli miei Eredi &c. con obligo però agli miei Eredi di far celebrare ogn'anno cinquanta messe &c. itemque alibi -- Al Signor Gallo lascio anche un quadro à disposizione degli miei Eredi --* quæ toties repetita denominatio hæredum efficit, ut licet Testator initio non dixerit: filios meos hæredes instituo: tamen plus nuncupatum minus scriptum videatur, quemadmodum in simili casu loquitur Ulpianus in l. 1. §. 5. ff. de hered. instit. ibi -- *Si autem sic scribat Lucius hæres, licet non adjece- rit esto, credimus plus nuncupatum, minus scrip- tum -- & notat ibid. gloss. verb. & minus scriptum vers. & idem est, Fulgos. ibidem nu. 1. Monticul. de inventar. cap. 7. n. 46. & decisiones in hac causa prior scilicet in §. Etenim, posterior verò in §. Domini vers. verum etiam coram Reverendissimo Decano. Tùm propter ordinatas substitutiones, quibus quemadmodum Paulus Testator rogavit Dominicum, ac Thomam filios restituere substitutis personis hæreditatem; ita dici debet eosdem filios in dicta hæreditate instituisse; cum certi Juris sit, quem institutum intelligi eodem titulo, quo gravatus fuerit substitutis restituere, l. planè §. fin. ff. de legat. 1. ibique Castren. n. 1. leg. 1. §. Sciendum ff. de legat. 3. l. ex facto §. 2. ff. ad Trebell. l. ab eo Cod. de fideic. bene Udatic. Zas. in leg. 1. ff. de vulg. & pupill. Ruin. conf. 150. n. 3. lib. 3. Soccin. junior conf. 72. n. 15. lib. 1. Mantie. de conject. lib. 7. tit. 1. n. 31. Mart. de success. legal. quest. 7. n. 7. Rot. coram Coccin. dec. 1448. n. 15. & dec. 29. n. 38. coram Othobon.*

Quæ sanè omnia hæcenus adducta claram, & expressam hæredum institutionem ostendunt: cum tamen etiam ad expressam non haberetur in dicto Testamento institutio filiorum, sed illa emergeret ex verbis, quæ expressis æquipolleant, quæque saltem adesse in hoc Testamento negari non potest, procul dubio sufficeret ad hoc ne Parentis iudicium in irritum recideret, l. fin. Cod. de her. instit. ibi -- *ita ut ex consequentia verborum Plotius quidem institutus, Sempronius autem substitutus invenitur --* ibique Bald. gloss. in l. quoties ubi Bald. & alii C. fam. ercisc. Bald. conf. 136. per tot. lib. 3. Mascard. de probat. conclus. 29. nu. 7. Mantie. de conject. lib. 4. tit. 3. num. 1. & seqq. Escann. de testam. cap. 17. n. 21. Castill. controv. lib. 4. cap. 4. nu. 3. & 4. Pegaf. ad ordinat. lib. 1. tit. 50. cap. 2. n. 67. Rot. coram Dunozer. decis. 491. nu. 18. & 23. & coram Emerix jun. dec. 889. n. 7. & in posteriori Decisione; quæ revidetur §. Domini tamen coram Reverendissimo Decano. Præsertim cum per Constantini adscriptum in l. quoniam indignum Cod. de Testam. sublata sit subtilis illa observantia verborum in hæredibus instituendis, ideoque nunc sufficiat adhibere ea verba, quæ defuncti voluntatem non obscure significant, Roman. conf. 179. nu. 9. Soccin. conf. 33. nu. 10. lib. 1. Mantie. de conject. lib. 4. tit. 3. n. 1. & seqq. Grass. de success. §. Institutio quest. 14. n. 15. Rot. coram Cavaler. dec. 388. n. 2.

Neque hæc subvertuntur ex responsione à Defensoribus Thomæ dari solita, nimirum in hoc

Testamento nec expressam, nec implicitam institutionem intervenisse, propterea quod in eo relicta non fuerit filiis certa hæreditatis quota, sive uncia, ut præscribitur in §. Nos igitur Auth. de imperf. Testam. sed appareant relicti fructus tantum Bonorum hæreditariorum, qui fructus non adnumerentur inter Bona defuncti, l. In fideicommissaria §. 2. ff. ad Trebell. l. Papinianus §. Unde si quis ff. eodem, Surd. dec. 15. num. 13. Rot. cor. Duran. dec. 76. n. 62. quia cum nonnisi post obitum Patris produci possint, Paterni Patrimonii nomine censerentur nequeant, l. Scimus §. Repletio- nem, ibique Bartol. nu. 2. Cod. de inoff. Testam. Escobar. de ratiocin. cap. 9. n. 8. Rocc. Disput. Jur. select. cap. 47. nu. 34. & 35. Andreol. controverf. 117. n. 9. propè fin. Surd. dec. 15. n. 3. Rot. dec. 259. n. 11. par. 5. rec.

Quandoquidem juxta nostri Juris regulam Testator existimandus est usurpasse nomen fructus pro usufructu hæreditatis, l. Cum ita §. ff. de usufructu, & usufruct. Bartol. in l. Fundi Trebatiani alias Ebutiani ff. eodem n. 1. vers. primo casu, & in l. Cotem ferro §. Qui maximos n. 10. vers. si verò omnes fructus ff. de public. & vectigal. ibidem Castren. in vers. quartus casus, Cujacius ad d. l. Fundi Ebutiani, & ad d. l. Cum ita ff. de usu, & usufruct. Oper. posthum. tom. 3. lit. B. Donell. in Comment. Jur. Civil. lib. 10. cap. 5. §. Illud tenendum, & late discussa hac materia Rot. in Bononien. Manu- tentionis 15. Maii 1722. §. Nec ob stare, & seqq. coram Reverendissimo Decano. Quo posito cum nullus filiis cohæres proprietarius datus sit, habenti ipsi pro hæredibus universalibus, l. Cohæredi 41. §. Non videri ff. de vulg. & pupill. l. 1. §. Si ex fundo, & ibi Gloss. in verb. institutus, l. Quoties 9. §. Si duo ff. de heredib. instit. Cyriac. contr. 43. n. 44. & contr. 305. nu. 1. & seqq. Rot. dec. 203. nu. 11. cor. Othobon. & dec. 244. n. 7. cor. Ludovis. & in posteriori Decisione §. Præterea coram Rmo Decano.

Quod verò dicta dispositio Pauli inter liberos collata sit in tempus transacti decenni post obitum Matris, & adjectum legatur etiam tempus fruendæ portionis, scilicet quoad viverent, imposito præterea fideicommissi universalis onere; & denique admixti fuerint inter eosdem filios non modò Nepotes nascituri, sed Uxor quoque ipsius Testatoris, quæ in hac re tanquam persona extranea existimari debet: nil hæc omnia officere visa sunt, nec infringere Testamentum: Non enim ob prædictam dilationem in eo appositam illud corrumpit, ad quod sustinendum fingitur à Jure filius purè institutus in sua legitima, hæcque cum non recipiat temporis dilationem, talis dilatio quoad ipsam perinde habetur, ac si apposita non fuisset, prorsusque rejicitur, juxta egregiam explicationem Guid. Pap. dec. 456. vers. quid dicendum, ubi ait, ita esse intelligendum, Text. in l. Scimus §. cum autem C. de inoff. testam. prout intellexit quoque Bartol. in l. si Pater n. 2. vers. jam hic C. de instit. & substit. Pic. in l. Titia cum nuberet num. 101. in fin. ff. de legat. 2. Bald. conf. 84. lib. 4. per tot. Mantie. de conject. lib. 5. tit. 18. n. 14. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 141. n. 23. & 26. egregie Rot. coram Cavaler. dec. 388. n. 3. ubi testatur, Rotam aliàs amplexam esse hanc sententiam in dec. 696. num. 13. & seqq. par. 1. divers. & observat prior Decisio in hac causa §. Nihil obstante coram Reverendissimo Decano.

Pari modo conditio illa fruendæ ratæ, quoad viverent, filiis præscripta præbere non potest facultatem

cultatem impugnandi Testamentum tanquam inofficiosum, quoniam dicta conditio minime excludit institutionem, quæ sublato semper vitio temporis manet, l. Hæreditas ex die ff. de hered. instit. §. Hæres purè institut. eod. tit. appositè ad rem Rot. decis. 102. nu. 1. coram Ludovis. idcirco adjectio illa, quoad vixerint, nihil aliud secum fert in casu, quam fideicommissum ab ipsis filiis, cum decedent, præstandum, Decius conf. 127. sub n. 1. vers. secundus intellectus, & nu. seq. Menoch. conf. 105. n. 42. Paris. conf. 92. n. 7. & seq. lib. 2. Peregrin. de Fideicom. art. 5. sub nu. 17. Rot. dec. 102. n. 3. & dec. 642. n. 1. & 2. coram Pamphil. Quo verò ad onus fideicommissi, hoc protectò rejicitur pro rata legitimæ, nec Testamentum propter illud sit irritum ex notis Juribus, l. Quoniam in prioribus C. de inoff. testam. Rot. in dicta Firmana Testamenti §. Onera coram Eminentissimo Scotto, & observat prior Decisio dicto §. Nihil obstante coram Reverendissimo Decano.

Denique quod in Testamento admixta fuerit Uxor Testatoris hoc factum vitiat, non autem vitiat Testamentum l. fin. Cod. fam. ercisc. ibi si verò in hujusmodi voluntate designatis liberis alia sit mixta persona, certum est eam voluntatem, quantum duntaxat ad illam personam permixtam pro nulla haberi -- & idem sancitur in l. Hac consultissima §. Ex imperfecto C. de testam. cum Uxor in hoc casu tanquam extranea persona existimetur; quemadmodum datio Tutorum, & Executorum extraneorum pro non scripta censetur, ut optime aliis relatis firmat prior Decisio §. Hoc autem posito in fine coram Reverendissimo Decano; Quod tamen locum non habet quoad Nepotes, & descendentes, inter quos, ut inter liberos primi gradus valere, ac servari debere hujusmodi privilegiatum Testamentum verior sententia est, quam late firmat Rota in laudata Firmana Testamenti §. Quarta nullitas cum seq. coram Eminentissimo Scotto, & observat dicta prior Decisio §. Hoc autem posito in fine coram Reverendissimo Decano.

Vindicta igitur Testamento ab objecta nullitate ob prætermittas solemnitates, & ob neglectam institutionem, facili negotio visum est removeri posse difficultatem illam, videlicet, Testamentum fuisse exaratum calore iracundiæ, quæ adversus Thomam filium Testator exardesceret cum grandi ipsius Thomæ detrimento, quippe qui admodum inæqualiter tractatus fuerit à Patre in distributione Bonorum, ideoque Testamentum esse nullum, atque irritum, tum ex causa iracundiæ, quæ in eo condendo intercesserit l. Si filiam 19. Gloss. verb. Calore, & Jas. Cod. de inoff. Testam. l. Quidquid calore 48. ff. de regul. Jur. Mans. de Testam. tit. 10. quest. 1. n. 23. Rot. coram Ansaldo. dec. 44. n. 3. Tùm ob inæqualem Bonorum inter filios distributionem, qua interveniente minime valere Testamentum sine solemnitatibus à Patre conditum inter liberos dixerunt, Dec. conf. 105. n. 6. Roman. conf. 179. n. 16. & conf. 385. n. 5. Barbat. conf. 32. nu. 6. vol. 1. Tiraquell. de Jur. Primog. quest. 4. num. 4. & alii relati per Card. de Luc. de Testam. disc. 26. n. 27.

Etenim quoad iracundiam, longè abest suspicio, Testatorem ea permotum fuisse ad ita testandum. Cum enim diu post conditum Testamentum supervixerit, in eademque semper voluntate perseveraverit usque ab obitu, hæc perseverantia excludit inconsultum iracundiæ motum, & declarat iudicium animi fuisse, ut ait Jurisconsultus in l. Quidquid 48. ff. de regul. Jur. & appositè ad præsentem casum docent Altograd. conf. 55. n. 5. &

23. lib. 1. Bardellon. conf. 87. n. 23. & seq. & n. 45. Bel. conf. 101. n. 10. & seq. Mans. consult. 29. n. 33. Barry de success. lib. 1. cap. 7. n. 4. Rot. in Senogallien. Legatorum 13. Junii 1697. §. Sublata coram bo. mem. Ursino.

Nec turbant, quæ dicunt Testes adducti pro Thoma ad probandam Patris in ipsum iracundiam, quia non percipiunt Testamenti tempus, nec probant, nisi Patrem verberasse filium sibi non obedientem, & frugifera illius monita exequi recusantem, quæ iracundia amoris potius nomen meretur, quam odii, nec hujusmodi indignationes, quibus quandoque Parentes in filios incenduntur, sunt ex eo genere iræ, atque odii, quod, ubi intervenit, vitiat Testamenta, ut recte tradunt Card. de Luc. de Testam. disc. 11. n. 9. Rot. in Romana, seu Veneta Immissionis 14. Junii 1696. quæ est decis. 52. n. 57. post Card. Albit. de inconstant. in Judic. & in Romana Testamenti 9. Junii 1698. §. Minusque congruam, & 23. Martii 1699. §. fin. coram bo. mem. Ansaldo, & 2. Martii 1703. §. Quo verò ad iracundiæ coram bo. mem. Pio.

Quò verò ad inæqualitatem, qua Thomas minus, quam Dominicus frater obtinuit ex paterno iudicio, hæc, inquam, inæqualitas infirmare Testamentum in nostro casu minime potest. Nam in hac quæstione, an valeat privilegiatum Patris inter liberos Testamentum, si ille æqualitatem inter eos non fervet, verior & receptor opinio esse videtur, illud valere, quia inutile cæterotum esset testari, cum jam ab intestato æquis portionibus successio paternæ hæreditatis liberis obveniret, quam sententiam tuentur Bald. in l. Filii 16. n. 5. Cod. famil. ercisc. Salicet. ibidem n. 4. Castren. Corn. & Riminald. in l. Hac consultissima §. Ex imperfecto Cod. de Testam. Gulielm. de Benedic. in cap. Raynuius in verb. Testamentum 1. n. 72. extra de Testam. Harprecht in §. Sed cum paulatim n. 266. Instit. de Testam. ordinan. Natta conf. 622. n. 14. vol. 3. Giovagnon. conf. 6. n. 8. & seqq. Surd. conf. 29. n. 11. Mantie. de conject. lib. 6. tit. 2. n. 12. Grass. in §. Testamentum quest. 11. n. 8. Gratian. discept. for. cap. 219. n. 29. & 30. Card. de Luc. de Testam. disc. 27. n. 7. circa med. Rot. dec. 79. n. 5. par. 11. rec. Præsertim in nostra facti specie hæc opinio videtur in dubium revocari non posse, cum nulla afferatur fraus, & machinatio, qua Pater ad hujusmodi inæqualitatem inter liberos adhibendam inductus fuerit, ut egregie distinguendo firmat Card. de Luc. dicto disc. 27. n. 7. circa fin. de Testam. Atque ubi dolus, & machinatio non manifestè ostendatur, Patris semper pietas, atque amor erga liberos optimum pro illis cœpisse consilium existimatur, ejusque iudicio lex omnino confidit, l. Nec in ea ff. ad l. Juliam de adult. Alciat. de præsumpt. regul. 1. præsumpt. 1. in princip. Mascard. de probat. conclus. 714. n. 3. Menoch. de arbit. cas. 160. n. 8. & seq. Rot. coram Merlin. decis. 538. n. 3. par. 1.

Hæc quoad validitatem Testamenti vindicandam ab objectis per Thomam excitatis, cum de cætero respectu realitatis characteris Pauli Patris ab eodem Thoma ferotine criticatæ occasione petendi hanc novam Audientiam, postquam illam admiserat in Tribunali A. C. & in Congregatione Particulari, atque in præcedentibus Causæ propositionibus in Sac. Auditorio, hodierna die nulla amplius difficultas promoveretur, & omnino certum esset de prædicta characteris realitate, nequaquam dubitari posse ob recognitionem factam à Peritis Scriptoribus per comparisonem Summ. Dominici